Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36486
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



120

insidiis dicere. cui ex his et ceteris uersiculis cognoscantur:
diabolus aut nomen graecum est quod interpretatur criminator: iuxta hebraicum ser
monis proprietatem qua et tribus babulon quoda similitudine huius uocabuli
habet. katapeteon. idest decorsum fluens dicit posset. quod scilicet paulatim
de uirtute aduersum fluere et de ecclesiis ad terrena corruere. Quoniam non est
nobis conluctatio adusus carnem et sanguinem. s; aduersus principatus adusus
potestates. aduersus mundi rectores tenebrarum harum. adusus spiritalia
nequitiae in ecclesiis. Honputo paulum scribentem ad corinthios dicere po
tuisse non est nobis conluctatio adusus sanguinem et carnem quibus ant. temp
tatio uos non adprehendat nisi humana. fidelis autem dicit quia non permittit tentari uos
sup id quod non potestis. Existimo igitur adusus carnem et sanguinem et certa
mina. quae ubi tentationes appellantur humanae quando caro concu
piscit adusus spiritum et puocat nos facere opera sua fornicationem immunditiam
luxuriam idolatriam inimicitias contentiones emulationes iras rixas dis
sensiones hereses insidias ebrietates comessationes et reliqua his similia.
Porro non est humana tentatio nec adusus carnem et sanguinem pugna. quando
aut ipse satanas transfigurat in angelum lucis. persuadere nititur ut ei
angelum luminis arbitremur. aut aliquod horum simile facit nomen uirtutum
signis et portentis mendacibus. in omni deceptione iniquitatis. Ita ei aliquem
inlaqueatum inimicus ut recipiat et loquatur in eo. hec dicit dominus. non quasi
caro et sanguis ei decipiat aut quasi humana tentatio. s; quasi principatus
potestas rectores tenebrarum et nequitia spiritalis. Quamobrem non demus
locum diabolo. s; et si spiritus potestatem habentes ascendere sup nos uirtu
quod scriptum est locum non demus ei. Dicat quispiam hoc quod ant. non est nobis
conluctatio aduersum sanguinem et carnem. s; adusus principatus et po
testates et ceteras quae sequuntur uido dictum. ut doceamur ea nec ea quidem quae
nos ministrari uicia putamus esse carnem. carnis enim et sanguinis. s; aequi
uocata spiritalibus nequitiis suggeri. Sunt enim quidam demones amo
ribus et amatoriis cantiis seruientes. ut pythia quae commemorat dies.
spiritum fornicationis seducit s. Ita et barbara quedam nomina eorum et
dicuntur ut sepe confessi sunt hi quos uerum uulgus maleficos uocat
et incantationes et preces et colores uarios et diuersa et metallorum